Pers. sat. VI 61–80 N. 30 fol. 1

Qui prior es cur me in decursu lampada poscas?
Sum tibi mercurius. uenio deus huc ego ut ille
Pingitur. an renuis? uin tu gaudere relictis?
Deest aliquid summe. minui mihi. sed tibi totum
Quicquid id est. ubi sit fuge quaerere quod mihi quondam
Legarat tadius. neu dicta repone paterna.
Foenoris accedat merces. hinc exime sumptus.
Quid reliquum est? reliquum? nunc nunc iam pensius unge
Unge puer caules. mihi festa luce coquetur
Urtica. & fissa fumosum sinciput aure.
Ut tuus iste nepos olim satur anseris extis.
Cum morosa uago singula & inguine uena.
Patricie inmeiat uulue? mihi trama figure
Sit reliqua. ast illi tremat omento popa uenter?
Uende animam lucro. mercare atque excute sollers